



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. CXX. Prolixitas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

tiunt. l. 7. §. ultim. de pact. l. 44. ff. eod. vid. supr. lib. XI. cap. Major.]

XXV.

PROHIBERE non potes, quod tibi non nocet, & alteri prodest. l. 1. §. idem. ajunt 11. §. denique 12. ff. de aqua plur. arcend. gloss. in l. in summa. §. item Labeo. ff. eodem titul. l. si cui 9. ff. de servitut. l. re-scripta 7. Cod. de precib. Imper. offerend. l. in creditore 38. ff. de evict. Covarr. var. lib. 3. c. 14. num. 8. vers. item. §. practic. c. 37. num. 2. §. num. 3. col. 3. Anton. Gomez var. riar. tom. 2. c. 2. num. 17. Menoch. remed. 6. retinenda. num. 114. cum seqq. §. de arbitr. cas. 168. num. 13. §. casu 217. num. 19. §. conf. 14. num. 8. §. conf. 51. num. 45. §. conf. 121. num. 8. Thom. de Thomasset in floribus legum, reg. 268. ubi intelligit procedere, nisi tractetur de præjudicio tertii, vel de publico bono, aut animæ salute. Surd. decis. 120. num. 12. §. decis. 236. num. 12. D. Barbof. in l. 2. in princ. part. 2. num. 34. cum seqq. ff. soluto matrim. [quin imò prohiberi debere aliquid, licet non noceat, si tamen nocere possit, text. est in c. nam. 4. extr. de constit.]

CAP. CXX. Prolixitas.

Omnis *Katechis* & non necessaria prolixitas vitanda. Betius de pact. famil. illustr. c. 1. num. 31. Est enim ea in se inutilis, & multum odiosa, ut ait Speculator in specul. aur. lib. 1. §. de Advoc. §. jam nunc. 4. n. 5. Imprimis autem sapientibus perquam molesta solet accidere, post Alexand. Decium & alios Argentoratens. 1. conf. 9. numer. 1.

CAP. CXXI. Promissio.

Axioma I.

Promissa debent adimpleri, c. qualiter. 3. extr. de pact. c. relatum 9. extr. de præbend. §. dignitat. non semper tamen omnia, cap. non semper 12. 22. q. 4. Unde (1.) promissionem, quæ turpitudinem continet, non esse obligatoriam, textus est in c. detestanda 2. de concess. præbend. in 6. nec in malis promissis expedit observari, c. in malis 69. de R. l. in 6. cum impia sit promissio quæ scelere adimpletur, cap. in malis 5. 22. quest. 4. & melius sit promissionem scriptam non implere, quam crimen committere, c. si publicis 1. cum seqq. c. annusque 8. d. c. non est. 22. quest. 4. adeo quidem ut sub promissione jurata etiam illicitum non veniat, c. cum 4. extr. de homicid. sicut (2.) nec eam valere, quæ in præjudicium superioris facta sit, licet juramento fuerit firmata, cum in promissis semper excipiat majoris auctoritas, ait c. venientes 19. extr. de jurejur. ita

nec (3.) promissionem fide vel juramento firmam tenere conditione non servata, quæ in juramento apponitur, annectit cap. pervenit 3. extr. de jurejurand. (4.) promissio facta in carcere non obligat, Gail L. 1. obs. 22. n. 8. (5.) promissio omnium bonorum non valet. Bald. in l. fin. C. pro socio.

II.

Quæcunque promissio sit super re licita, illa est servanda, quia nihil tam congruum est fidei humanæ, quàm, quæ semel placuerunt, servare. l. 1. pr. ff. de pact. Conf. cap. 69. de Reg. Jur. in sexto.

Limita: quoties ex re licita illicitum quid oriri potest, toties promissio desuper facta nullum habet effectum, quia talis promissio esset impia, & quod quis incautè vovet, non faciendum, can. 5. caus. 22. q. 4. Ita quamvis licitum sit promittere, me nolle matrimonium inire; quia tamen hac promissione illicitis ultionibus exponere me possem, 1. Cor. 7. ergò in tantum hæc promissio erit invalida.

III.

Promissio de dando & vendendo non est venditio, l. 1. C. de pact. pignor. gloss. in l. in bonæ fidei 7. quod cert. loc. Paul. de Castrenf. conf. 138. incip. dicta donatio. col. fin. lib. 1. Barbat. conf. 51. scripsit. num. 16. vol. 1. Dec. in conf. 78. incipit casu proposito. num. 2. p. 2. & Alex. conf. 76. visis dubitationibus. col. 3. vol. 5. Gozadin. l. 2. num. 18. C. de pact. int. empt. & vend. Pinel. in l. 2. c. 3. num. 29. C. de rescind. vend. Rol. à Valle conf. 69. num. 12. vol. 3. Cravett. conf. 67 n. 5 Cephal. conf. 66. num. 20. §. conf. 272. n. 19. Riminald. jun. conf. 51. num. 11. vol. 1. Vult. 2. Conf. Marburg. 24. n. 13. quia maximè sunt diversa. Corn. conf. 203. p. 4. ita promissionem de instituendo aliquem heredem non esse institutionem ipsam, dixit Ruin. conf. 9. n. 8. vol. 2. & promissionem de investièdo de feudo non esse investituram ipsam, retulit, Jafon. conf. 24. col. 8. vol. 3. his adde & alia quæ congestit Tiraq. de retract. convent. in fin. 41.

Limita (1.) nisi quando promissio est respectiva ad certam causam vel conditionem, quæ ex parte alterius sit impleta, quo casu talis promissio ad vendendum bene obligabit, prout declarant Bald. in l. quamvis. in fin. Cod. de transact. Johan. Andr. in cap. fin. de sponsal. vel (2.) nisi juramentum esset appositum, ita limitant Albert. Brun. conf. 67. col. 1. incip. dum dubitatur. & post eum Thom. Parpal. in repet. l. si quis major in 16. notabil. col. 15. vers. limitatur per Modern. C. de transact.

IV.

Promissio quando à parte fuit acceptata, non tantum habet vim stipulationis, vid. Afflict. Mascard. & alios citat Joseph de Sese tom. 2. decis. Arragon. 182. num. 12. §. 19. cum seqq. sed & juramenti haberi perhibetur. cap. ad aures 3. de his quæ mes. caus. Ubi paria consentur jurare & religiosè data fide promittere: unde & Panorm. ibid. ait: perinde incurere in fraudem, qui venit contra talem promissionem ac qui juramentum verum violat, fac. & c. pervenit 2. de fidejuss. c. Etsi Christus 26. de jurejur.

(P) 4

c. i. de